



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,  
Nunquam Edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1601**

Carmen Monostichon, Beati Colymbani Abbatis, Ex Codice Manuscripto  
Frisingensi Nunc Primum Svo auctori restitutum & editum.


---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

CARMEN MONO-  
STICHON,

BEATI COLVM-  
BANI ABBATIS,

EX CODICE MANUSCRIPTO  
FRISINGENSI NUNC PRIMVM SVO  
*auctori restitutum & editum.*



AD



AD LECTOREM.



Sanctus Columbanus vixit circa annū 614. Sigebertus de illustrib. scriptorib. cap. 60. ait, eū multa scripsisse vel ad componendū digna, vel ad docendū vtilia. Carmē eius cōtra auriā ad Hunaldū extat in Biblioth. SS. PP. vbi hi duo versūs (*Vive Deo fidens, Christi praecepta secutus. Sint tibi divitiae diuine dogmata legis.*) in nostro hoc monosticho secundo & tertio loco positi inueniuntur. Et hęc causa fuit, quare breue illud carmen etiam huic subiungitur. Sane pietatis plena sunt hęc monosticha. Quae dum praelectorantur, ecce tibi adsunt poëmata nonnulla S. Aldhelmi hoc ipso anno 1601. à R. P. Martino Delrio Societatis IESV notis illustrata; qui de hęc ipsa monosticha simul edidit, ex membranarum m. f. Abbatiae S. Laurentij Leodicensis; hoc titulo: INCERTI AVCTORIS MONOSTICHA. Delrius incerti auctoris nomen sagaci coniectura indagans, putat esse S. Althelmi Occidentalium Saxonum Episcopi, qui obiit anno Domini 709. Coniecturam hanc ducit ex versu 21.

*Octenas studeas vitiorum vincere turmas.*

Ceteri scriptores, *Septenas*, potius dicerent. S. Althelmo peculiare est, inquit Delrius, octo vitia recensere castitati noxia, quorum pugnam cum octenis virtutibus descripsit in carmine de *virginitate Sanctorum*. Atque carmen S. Althelmi de laude virginum & octeno calculo vitiorum reperisse in m. f. subiunctum huic carmini monosticho. De hac coniectura licet cuique mea pace quod volet sentire. Ego donec quid certius habeam, tribuo hoc carmen suo auctori, S. Columbano; & quidem ex fide m. f. codicis Frisingensis: vbi iste titulus: INCIPIT LIBELLVS CVIVSDAM SAPIENTIS ET VT FERTVR BEATI COLVMBANI. In quo interea conquiesco, Neque me mouet ille versus: *Octenas studeas, &c.* Quod non ab octo vitiis sigillatim castitati oppositis, sed ab octo principalibus mortiferis peccatis deterret. Et licet fere ab auctoribus numerentur septem principalia vitia; tamen veteres octo numerarunt, testis Theodulphus Episc. Aurelianensis in Epistola ad Clerū, quam ex m. f. Baron. tom. 9. an. 835. edidit vbi hęc: *Confessiones danda sunt de omnib. peccatis, quae sunt in opere, siue in cogitatione perpetrantur. Octo sunt principalia vitia, siue quibus vix vilius inueniri potest. Est enim gastrimargia, hoc est, ventris ingluuias: secundo fornicatio: tertio accidia siue tristitia: quarto auaritia: quinto vana gloria: sexto inuidia: septimo ira: octauo superbia, &c. Debet ei etiam inungi, vbi de octo principalibus vitiis faciat suam confessionem. Ita etiam octo principalia vitia recensent Euagrius ad Anatolium lib. de octo vitiosis cogitationibus & S. Nilus lib. de octo vitiosis affectionibus. De his ergo dicit S. Columbanus:*

*Octenas studeas vitiorum vincere turmas.*

Si videas discrepare collocationem nostram ab editione Delrij praeferrim à versu 101. vsq; ad 140. scito me ex fide m. f. codicis Frisingensis dedisse.

HENRICH  
S. J. J.  
tom. 21  
S. IV  
24





MONOSTICHON  
CARMEN

BEATI COLVM  
BANI.

**H**ec praecepta legat deuotus, & impleat actu,  
Virtutum titulis vitam qui quaerit honestam,  
Vel homines inter cupiat praclarus haberi,  
Vel morum meritis caelestia regna mereri,  
Cuius DEO Christo socius sine fine videri.

a L. 18.

Impleat ipse DEI, qui vult sua vota venire.  
Vine DEO fidens Christi praecepta sequutus.  
Sine tibi diuitiae diuinae dogmata legis.  
Diuitias, Domini faciet benedictio claras.  
Corporis exsuperat vires prudentia mentis.  
Vniuersis est mundi melior sapientia gazis.  
Semper amanda quidem est rerum doctrina bonarum.  
Optimus est animus Christi vestitus amore.  
Demonas aduersus magna est oratio Virtus.  
Vniuersas carum noli desistere amicis.  
Mali causa mali nimia est quaecumque voluptas.  
Tua dare ne claudas palmas, & prendere pandas.  
Semper in ore tuo resonent bona verba salutis.  
Ne rogo vindictam tua mens meditetur amarum.  
Sine tibi pacifici magna dulcedine mores.  
Ne tua peniteat, caueas victoria temet.

non est in L.  
& repetitur 93.

L. In dare ne  
c p. & prende-  
re pergas.

a 2

Fin



<sup>d</sup> hic versus ab-  
est in L.  
<sup>e</sup> L. cogites.  
<sup>f</sup> & hic repeti-  
tur infra versu  
105.  
<sup>g</sup> L. triumphis.  
<sup>h</sup> L. sit in.  
<sup>i</sup> L. ne forte me  
retur?  
<sup>k</sup> L. S. a. frue-  
ris quam voce  
salutis.  
<sup>l</sup> L. largiri for-  
te largita.  
<sup>m</sup> L. derideat.  
<sup>n</sup> L. sapientia.

*Fer patris imperium, dum verbis exit in iras.  
 Quisque dies vitæ est velut ultimus ecce putandus.  
 Quod dare non possis, noli promittere verbis.  
 Qui prodesse potest, non est fugiendus amicus.  
 Octenas studeas vitiorum vincere turmas.  
 Te ferat ad cælum quadriga repleta salutis.  
 Lingua suos habeat frenos in corde ligatos.  
 Vir bonus esse nequit, nisi qui sit omnibus æquus.  
 Qui scelera abscondit, veniam non forte meretur.  
 Qui bona desuscit, mox hic consuescit iniqua.  
 Non tu quæso iocis ladas nec carmine quenquam.  
 Sapius auditu instrueris, quam voce fruaris.  
 Sit seruus mentis Venter; sit serua libido.  
 Non perdit pietas quidquid largire videtur.  
 Non opibus bona fama datur, sed moribus almis.  
 Fac ne re merito verbis irrideat alter.  
 Pro misero miserans lacrymas effunde sodali.  
 Eripe, si valeas, non suggere tela furenti.  
 Sæpe nocet puer o miseratio blanda magistris.  
 Ignotum noto nunquam præponis amico.  
 Omnia quæ dicunt homines tu credere noli.  
 Non sibi quis viuat, Christo sed viuat ubique.  
 Non tua, sed Christi quæras, qui diligis illum.  
 Non te, non mundum, Christum sed dilige solum.  
 Cum sapiente loquens per paucis vitare verbis.  
 Nil oculi profunt, quibus est mens cæca videndi.  
 Diuitis opprobrium gemitus est pauperis ingens.  
 Plurima discenti semper sapientia crescit.  
 Iudicium restat cunctis certissime factis.  
 Adveniet Iudex cunctis qui iusta rependat.  
 Incluta perpetuam præstat patientia vitam.  
 Te feritate magis faciet moderatio clarum.*

HENRICUS  
 S. J. J.  
 TOMI  
 S. J. J.  
 24



Egregios faciet mentis constantia mores.  
 Consilio facias, rogo, sit tibi quidquid agendum.  
 Omnis quippe etas aliquo sub fasce laborat.  
 Vera quidem veterum iuuenis paradigmata rere.  
 Felix qui causam loquitur prudentis in aurem.  
 Tantum verba valent, quantum mens sentiat illa.  
 Omnibus esse locuples qui rebus abundat honestis.  
 Non erit antiquo nouus anteferendus amicus.  
 Difficile inuenies verum fortassis amicum.  
 Moribus egregius facias tibi nomen honestum.  
 Nemo quidem plures habuit, quam perdit amicos.  
 Cui prodest, socio qui non prodesse probatur?  
 Sola fides fidei dono dicabitur almo.  
 Leuis non animam torquentis cura fatiget.  
 Rex seuera quidem semper declarat honeste.  
 Quid peius, quam se ut iungat habitator iniquus?  
 Attribus, aut verbis noli tu adsuescere prauis.  
 Est non esse quidem satius quam viuere prauè.  
 Mens bona thesauros præcellit munere cunctos.  
 Vnam quippe tuam tota virtute tuere.  
 Omnia pro vita sunt amittenda tuenda.  
 Premeditata quidem leuius sufferre valebunt.  
 Que subito adueniunt multo grauiora videntur.  
 Gaudia sunt populi rector pius atque benignus.  
 Mors aliena monet propria nos mortis vbi que.  
 Felix alterius cuius documenta flagella.  
 Premia non capiet, ingrato qui bona præstat.  
 Sit tibi carus homo, ut frater; Deus ut pater almus.  
 Omnis paulatim letho nos applicat hora.  
 Ante diem mortis nullus laudabilis exstat.  
 Qualibet ex fructu proprio cognoscitur arbor.  
 Doctor erit magnus, factus qui quod docet implet.

a 3

o L. amicis.

p L. expedit.

q L. probabitur.

r L. Leuia non animi torquentis cura fatiget.

s L. te vera.

t L. cui sunt.

u L. f. cognoscitur arbor in orbe.

Quod

Eg



Quod tibi vis fieri, hoc alij prestare memento.

Pauperibus iustis caelestis gloria restat.

Quod tibi non optes, alij ne feceris ulli.

∞ iusta.

Aequum pondus habe, teneas & statera<sup>x</sup> iustum.

Non tibi sit modius duplex, nec statera dupla.

Corripe prudentem: reddetur gratia verbis.

Si tu recta facis, ne cures verba malorum.

Vt ille consilium dominus ne despice serui.

Inter conuiuas fac sis sermone modestus.

Cum quid peccaris, castiga te ipse subinde.

Vulnera dum sanas, dolor est medicina doloris.

Diuitias Domini faciet benedictio claras.

Aeternam tribuit felix clementia vitam.

Vt ere quasitis opibus, fuge nomen auari.

Disce, sed à doctis; indoctos ipse doceto.

Contra verbosos noli contendere verbis.

Sermo datur multis, animi sapientia paucis.

Non lata extollant animum, non tristia frangant.

Proximus esto bonis, si non potes optimus esse.

Quanto maior eris, tanto tu cautior esto.

Cumque alium causas, propriam prior inspice vitam.

Plus tua, quam alterius damnabis crimina iudex.

Sis bonus atque bonus; laesus nec laede nocentem.

Qui prodesse potest, non est fugiendus amicus.

Cum fueris felix, quae sunt aduersa caueto.

Qua culpare soles, haec tu ne feceris ipse.

∞ L. cathagita,  
id est doctrix,  
magistra.

Vita aliena tua tibi sit & cathagita vita.

Ira odium generat, concordia nutrit amorem.

Sit sale iam Sophie sermo tibi conditus omnis.

Magna quidem virtus nostra est moderatio linguae.

Crede DEO, & proprios tunc tu tibi dirige gressus.

Lux, timor est Domini, cordis: hunc dilige semper.



In Domino sperans nullus confunditur vnquam.  
 Vir prudens animo est melior, quam fortis in armis.  
 Corporis excellit vires sapientia mentis.  
 Diuitias animo iniustas attendere noli.  
 Verbum dulce quidem tibi multiplicabit amicos.  
 Conuertere ad Dominum ne tardes tramite recto.  
 Doctrinis etiam variis non flexilis esto.  
 Terra nam Domini teneat firmissima semper.  
 Iustitia & pacis placeant tibi verba loquendo.  
 Pax precor alma tuo placeat tibi semper in ore.  
 Semper in ore tuo resonent pia verba salutis.  
 Rex sapiens populum melius defendit ab hoste.  
 Inspiciens rector populum disperserit omnem.  
 Gloria magna quidem regi est sapientia iusta.  
 Iniuriasq; tuas in fratrem vlciscere noli.  
 Semper auarus amat mendacia, furta, rapinas.  
 Sufficiat rerum dederat tibi quod DEVS ipse.  
 Quid terrenus homo, puluis & terra superbit?  
 Principium sceleris proh dira superbia constat.  
 Sit tibi cura tua, tota virtute, salutis.  
 Vna dies, quales fuerint, ostendit amicos.  
 Peccasti solus, ignoscere tu tibi noli.  
 Quod tacitum cupias, tacito committe sodali.  
 Inuidiam nimio cultu vitare memento.  
 Inuidia maculat famam mala pestis honestam.  
 Nil sine consilio facias, sic facta probantur.  
 Qui Domino credit, seruat mandata salutis.  
 Semper enim sapiens metuit sibi iudicis iram.  
 Instanter facias, fors qua tibi tradat agenda.  
 Cum homine iniusto nolito manere frequenter.  
 Nec redit vnda fluens, nostrum nec tempus in annis.  
 Omnia finis edax deuastat gaudia mundi.

Qui



Qui pius & clemens, Dominus miseretur illi.  
 Infer nullatenus benefactis mente querelas.  
 Improperes nunquam, dederis munuscula si qua.  
 Omnis pertractet primum mens verba loquela.  
 Corporis auxilium medico permitte fideli.  
 Dum poteris, benefac caro tu semper amico.  
 Sic nouus atq; nouum vinum veterascit amicus.  
 Rebus in aduersis nunquam dimittis amicum.  
 Semper amicus amat, duratq; fidelis amicus.  
 Alma dies noctem sequitur; sic dona labores.  
 Tempora dum variant, animus sit semper honestus.  
 Consilio mentis quodque imminet ante videto.  
 Dum tibi vita viget, lacrymis mala crimina purges.  
 Noli iterare scelus, lacrymis dum diluis illud.  
 Luxuriis animo noli seruire malignis.  
 Qui modica spernit, minuit maiora per horas.  
 Tollitur ex numero sanctorum perfidus omnis.  
 Oderit insipiens sapientis verba magistris.  
 Excitat in risus fratres verbosus amarus.  
 Nil illo peius, sceleri qui gaudet iniquo.  
 Cui secreta quidem credas cautissime cerne.  
 Corripe peccantem; noli & dimittere amicum.  
 Corripere est melius notum quam perdere amicum.  
 Qui fratri ignoscit, ignoscit Christus & illi.  
 Obseruat sapiens sibi tempus in ore loquendi.  
 Insipiens loquitur spretum sine tempore verbum.  
 Multiloquax animam meritis denudat honestis.  
 Gloria quippe DEVM Dominumq; est magna timere.  
 Radix est Sophiae Dominum de mente timere.  
 Aurum flamma probat; homines tentatio iustos.  
 Sperate in domino, & veniet miseratio vobis.  
 Dilige, qui cupias cali bona gaudia, Christum.

z L. vbiq.

a Absent in m. f. Frising.

b L. more.

c L. cum mēte.



Felices faciet natos benedictio patris.  
 Pauperis & miseri mentem ne afflixeris vnquam.  
 Diligit in Sophia se semper Christus amantem.  
 Nec citus in lingua fueris, nec segnis in actu.  
 Non erit innocuus falsus per famina testis.  
 Diuitias addit Domini benedictio plures.  
 Iam magnum reddas modico tu munus amico.  
 Semper amicus amat: amor est preciosior auro.  
 Diues erit, dure semper qui operatur in agro.  
 Otia qui sequitur, veniet huic semper egestas.  
 Omnibus est opibus melior vir mente fidelis.  
 Exsuperat numerus iustorum regna potentum.  
 Ecce timens Dominum viuet felicibus annis.  
 Exspectat letus caelestia gaudia iustus.  
 Impius horrendas spectat pro crimine penas.  
 Corruit in praecipitibus populus rectore nefando.  
 Preparat aeternam mitis clementia vitam.  
 Qui bona sectatur, prima bene surgit in hora.  
 Multorum proferet sapientis lingua salutem.  
 Hostibus in bello dominatur dextera fortis.  
 Seruiet & segnis duro sub fasce laborum.  
 Lingua placata sibi multos acquirit amicos.  
 Pone tuis verbis rectes serasque loquelis.  
 Qui precepta DEI metuit, in pace moratur.  
 Nam bona perpetuam tribuet doctrina salutem.  
 Diligit hic natum, virga qui corrigit illum.

FINIS.



b.

s. co.

d L. Diligit o-  
 mnipotens So-  
 phia sibi sem-  
 per amantem.  
 e Abest in m. s.  
 Fris.  
 f L. Iam ma-  
 gnoreddas me-  
 dio tu munus.  
 amici.

g L. Exaltat nu-  
 merus iustoru  
 regna poteter.